



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Donatio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

Et si dicitur quod, & a domesticis tuis attende. 32. Et si dicitur, fratri & amico non des pietatem super te in...

Plene firmatur. Sicut enim in primis gans de nido suo, sic vir, qui derelinquit lo-

ADAGIA. Quod dicitur in libro de rebus, laurus homini vivere contingit: Vale Germani etiam solent dicere: Wer will haben...

Id est. Non accipies munera, quae etiam excant prudentes; & subvertunt verba iustorum. Exod. 23. Qui odit munera, viuet. Prov. 15. Xenia & dona excant oculos iudicum, & quasi munus in ore avertit correctiones eorum. Eccl. 20.

Donatio.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA. Quod a Graeco, de agere, & de agere, & ra, donum dicitur. Est actio collatio, secundum Hostium. Item dicitur, quod dono datus, ut habetur ff. de don. causa 1.

LOCI BIBLICI. Deinde Dei dona. Donorum Dei abulus, eiusque poena. Gen. 16. v. 3. 4. 5. 6. Eia. 25. v. 13. Hebr. 12. 16. Vide etiam...

SENTENTIAE BIBLICAE. Dona Dei non nisi a Deo. Item dicitur, quod dedit nihil, ut reddam ei? Job. 41. Item dicitur, vita & mors, paupertas & honestas a Deo sunt. Eccl. 10. 15.

Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi honor & gloria in secula seculorum. Amen. Rom. 11.

Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non accepisti? 1. Cor. 4. Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Ephes. 4. Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum. Iac. 1.

Multipliciter ordinantur. Sicut enim homo peregre proficiscens, vocavit seruos suos, & tradidit illis bona sua, & vni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum; vnicuique secundum propriam virtutem. Matth. 25. Sed vnusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius vero sic. 1. Cor. 7. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem. 12. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrans: sicut boni dispensatores multiformis gratiae Dei. 1. Cor. 4. 7.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Psal. 110. Datio Dei permanet iustis, & profectus illius habebit in aeternum. Eccl. 11. Abit autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinque. Ait illi Dominus eius: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, iura in gaudium domini tui. Matth. 25. Omni autem cui multum datum est, multum quaeretur ab eo: & cui commendantur multum, plus petent ab eo. Luc. 12.

Donum hominis dilatat viam eius, & ante princeps spatium ei facit. Prov. 18. Munus absconditum extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam. 21. Victoriam & honorem acquirere qui dat munera. 22. Fili, in bonis non des querelam, & in omni dato non des tristitiam verbi mali. Nonne ardorem refrigerabit res? Sic & verbum melius quam datum. Nonne ecce verbum super datum bonum? Sed vtrumque cum homine iustificato. Eccl. 18.

Est qui multa redimat multo pretio, & restituens ea in centuplum. 20. Cum dederis, ne improperes. 41. Beatius est magis dare quam accipere. Act. 20. Periculose accipiuntur quia libertatem adimunt. Animam autem auferi accipiuntur. Prov. 22. Stultus odiose exprobat, inuidique donum tabefacit oculis. Eccl. 18. Est datum, quod non est vtile, est datum, cuius retributio duplex. 20. Datus in sapientis non erit vtilis tibi: oculi enim illius septemplexes sunt, exigua dabit, & multa improperabit, & apertio oris illius inflammatio est. Ibid.

Veritatem pervertunt. Nec accipies munera, quae etiam excant prudentes; & subvertunt verba iustorum. Exod. 23. Qui odit munera, viuet. Prov. 15. Xenia & dona excant oculos iudicum, & quasi munus in ore avertit correctiones eorum. Eccl. 20. Panam adducunt. Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt. Job. 15. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum & ad dandum collecta. Eccl. 4.

APOPHTHEGMA. Diogenes, Cuidam pallium a Diogene repetenti lepidissime respondit Diogenes: Si donasti habeo: si commodasti vitor: significans, sibi non esse in animo reddere, siue dono, siue commodato accepisset. Turpe est reposcere, quod dando dederis: & inhumanum est eripere, quo videnti est opus. Laert. lib. 6.

SIMILITUDO. Et sicut Roterdami, Vi non quibus pictor in quavis parte artis valet, sed hic in diis exprimentis praecipuus, alius in vultibus reddendis, alius in lineis excellit, alius in colorum mixtura, alius in symmetria: Sic qui virtutem profitentur, aliis doctibus ententant. Item in eloquentia seu literis in similibus.

EXEMPLA BIBLICA. Donorum oblatorum exempla: Seruus Abraham, Gen. 24. v. 52. 53. Populus Israeliticus ad fabricationem Tabernaculi, Exod. 36. 6. Daud. 1. Sam. 30. v. 16. Iofas, 3. Esdr. 1. v. 6. 7. 8. Afluere, Esdr. 2. v. 18. Cognati Job, Job. 42. 11. Ionathas, 1. Macch. 10. 50. Alexander, 2. S. 9. Christus, Luc. 7. 12. Pilatus, Marc. 15. 54.

PROFANA EXEMPLA. Themistocles exul a Persarum rege Artaxerxe honoratus plurimum.

OLYNTIA

